



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla LXXXIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

REGVLA LXXIX.

- 1 Libri seu scriptura priuata cuiusuis personæ quantum que antiquissima plenam fidem non facit præsumptione tamen inducit, quæ arbitrio iudicis relinquatur. Io. in c. causamque de probat. doct. omnes in l. instrumenta domestica. C. de probat.
- 1 Fallit ubi ex forma statuti, uel constitutionum, aut Duc. prouisionum aliter prouisum foret.
- 2 Fallit etiam in duobus casibus annotatis per Socium reg. 294. quos uide & obserua.
- 3 Fallit etiam in libris rationum confectis a sociis, uel ab uno alio commisso ab eis. secundum Bal. in rubrica de fide instrument. & Bar. in l. eandem. ff. de duobus reis. & Alex. late in consi. 186. uisus nu. 1.
- 4 Fallit etiam in libris massarii uillarum, quibus credendum est, quando sunt subscripti manu publici not. Ita Bal. in l. imperator ad finem. ff. de statu hom.
- 5 Fallit in scriptura mercatoris, quæ continet data & accepta tam pro se quam contra se, quia semiplene probat. Bar. in l. admonendi, in 6. col. uersu. circa secundum de iur. Felin. in c. 2. uersu. 4. limita de fide instru.
- 6 Fallit etiam quando in priuata scriptura partes solemnem conventionem promiserunt stare d. scripturæ, quia tunc probat. secundum Felin. in d. c. 2. nu. 13. uersu. fallit sententia de fide instru.
- 7 Fallit etiam in multis aliis casibus annotatis per Felin. in d. c. 2. quas tu more solito considerabis, & studendo uidebis. in dies.

REGVLA LXXX.

- 1 Litteris ordinarii iudicis credendum est. & illis fides omnino est præstanda, licet testes in eis non sint subscripti, & hoc propter eius autoritatem. c. 1. & c. quoniam de probationi. distinct. 70. c. non det, doct. in c. post cessationem de probat.